Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



121

Fres: Non sumus sapientes mali: sicut illi sapientes. Neque volatus efficaciam sicut quidam scribis: quae adhuc dum sequi est. Sedit prius mihi ducere et bibere: et surrexerunt ludere. Neque fornicem sicut quidam scribis fornicati sunt: et ceciderunt una die viginti tria milia. Neque temptemus christum sicut quidam eorum temptaverunt: et a serpentibus perierunt. Neque murmuravitis sicut quidam eorum murmuraverunt: et perierunt ab exterminatore. Haec autem omnia in figura contigerunt illis. Scripta sunt ad correptionem nostram in quos fines saeculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat: nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur vos temptari supra id quod potestis: sed faciet cum temptatione etiam proventum ut possitis sustinere. Off. Domine deus noster quia admirabile est nomen tuum in universa terra. V. Quoniam elevata est magnificentia tua super celos. Alla. V. Ad te domine levavi animam meam. Sim. Illo t: Dixit iesus. Locutus parabolam hanc. Homo quidam erat dives qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te: Redde rationem villicationis tuae: iam enim non potes villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia dominus meus auferet a me villicationem: fodere non valeo. mendicare erubesco. Scio quid faciam: ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo: At ille dixit centum cados olei. Dixit illi. Accipe cautionem tuam: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes: Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: ut cum defecerit recipiant vos in aeterna tabernacula. Off. Justitiae domini recte laetantur

137